



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Hæc tibi jungetur, purgato crimine raptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

QVÆSTIO I.

Quod autem ille raptum admisit, multorum auctoritate probatur.

C. I. *¶* Quid sit raptus.

Ait enim Isidorus lib. 3. Etymol. c. 26.

Raptus a quoque illicitus coitus à corrumpendo est dictus: unde qui b raptu potitur, stupro fruitor.

Ivo habet serè ut Gratianus hic, & supra 27. q. 2. c. raptus: nec multò aliter Pannormia. In codice Isidori impresso sic legitur. Stuprum raptus proprie est illicitus coitus, à corrumpendo dictus. Unde Virgilius, raptu potitur, id est, stupro fruitor.

C. II. *¶* Ubi raptus admittitur.

Unde Gelasius Papa.

Lex e illa præteritorum Principum ibi raptum dixit commissum esse, ubi puella, de cuius antè nuptiis nihil actum fuerit, videatur abducta.

Cum ergo hæc illicito coitu sit corrupta, eumq; ita sit abducta, id est, à domo patris ducta, quòd de eius nuptiis nihil antè actum fuerit, raptum appellandam negari non potest. Sed non omnis illicitus coitus, nec cuiuslibet illicita defloratio raptus appellatur. Aliud enim est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio autem, licet videtur esse genus cuiuslibet illiciti coitus, qui sit extra uxorem legitimam, tamen specialiter intelligitur in usa viduarum, vel meretricum, vel concubinarum. Stuprum autem proprie virginum est illicita defloratio: quando videlicet non precedente conjugali pacione, utriusq; voluntate virgo corrumpitur, patre injuriam ad animam statim post cognitionem non revocante. Adulterium vero est alteri tori violatio. Unde adulterium dicitur, quasi ad alterius torum accessio. Incestus est consanguinearum, vel affinium abusus. Unde incestuosus dicitur, qui consanguineis & affinibus abutuntur. Raptus admittitur, cum puella violenter à domo patris abducitur, ut corrupta in uxorem habeatur, sive puella solummodo, sive parentibus tantum, sive utriusq; violata constituit: hic morte mulcatur. Sed si ad ecclesiam cum rapta confugerit, privilegio ecclesie mortis impunitatem promeretur.

C. III. *¶* Si raptor cum rapta ad ecclesiam confugerit, quid fieri debeat.

Unde in Aurelianensi concilio I.

c. 4. legitur.

DE d raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & feminam ipsam violentiam pestulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis, vel poenarum impunitate concessa, aut ad e serviendum subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero, qua raptus, patrem habere constiterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.

Ex hac auctoritate liquet, quòd aliquando vi inferitur parentibus, & non puella, cum dicitur: [si puella raptori consenserit.] Aliquando utriusq; violentiam perferunt, cum pramittitur: [si raptor cum rapta profugerit, & feminam ipsam violentiam pestulisse constiterit.] Puella autem, non parentibus, vi inferitur, cum voluntate patris puella, violenter abducitur, ut ejus partatur concubitam, cuius copula nunquam consensum addidit. Hic autem neg. parentibus, neg. puella vim minuisse videtur, cum neg. illis prohibentibus, neg. illa remittente violenter sit abdu-

a 27. q. 2. raptus. Ivo part. 2. c. 26. Pann. l. 6. c. 13. b ex Servitio in 4. Aeneid. c 27. q. 2. lex illa in cod. Theod. l. 9. tit. de raptu virg. l. 1. extra de raptore. cum causa. Polyr. l. 8. c. 4. Anselm. lib. 10. c. 9. Sen. 4. dist. 11. 41. d Anselm. l. 10. c. 57. Burch. lib. 3. c. 191. Ivo p. 3. c. 103. Pann. l. 4. c. 72. e servitium conditione subjo. Ann. vera hist.

cta. Aliud est enim promissionibus aliquam seducere, aliud sibi vim inferre. Unde quia neutri vis illata probatur, raptor hic iure dici non debet. Sed rapina dupliciter fieri dicitur. Aliquando cum res ipsa rapitur; aliquando ipsius res usus tantummodo videtur eripitur. Res ipsa tunc rapitur, cum violenter domino eripitur, ut in perpetuum teneatur. Aliquando vero non res ipsa afficitur, sed usus ejus domino prohibente violenter usurpatur. Hic ergo raptus admisit, quia florem virginittatis puella remittenti violenter eripuit.

QVÆSTIO II.

Nunc queritur, an purgato vitio rapina, raptor in uxorem possit raptam accipere: quorum conjunctio auctoritate canonum sanctorum penitus prohibetur.

C. I. *¶* Raptore puellarum, & consentientes excommunicentur.

Legitur namq; in Concilio Chalcedonen-

si 4. c. 27.

Eos b, qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi, aut cooperantes, aut conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, ut si quidem clerici sunt, decidant proprio gradu; si vero laici, anathematizentur.

C. II. *¶* Ob immanitatem sceleris abjiciantur raptores viduarum vel virginum.

Item Symmachus Papa, epistola ad Celsarium, cap. 3.

Raptores e igitur viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur: illos vehementius persequendo, qui sacras virgines vel volentes, vel invitatas matrimonio sociare tentaverint. Quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate à communione suspendi precipimus.

C. III. *¶* De eodem.

Item Codicis lib. 1. tit. de Episcopis & clericis,

l. 1. in i. l. 1.

Si d' quis non dicam rapere, sed attentare tantummodo matrimonii jungendi, causa sacratissimas virginis ausus fuerit, capitali poena feriat.

C. IV. *¶* De eodem.

Item ex Concilio Cabilonensi.

DE puellis raptis, nec dam desponsatis, in Chalcedonensi e concilio statutum est: eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes & conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus; ut si quidem clerici sunt, decidant proprio gradu; si vero laici, anathematizentur. Quibus verbis datur intelligi, qualiter hujus mali auctores damnandi sunt, quando participes consilii, & conniventes tanto anathemate feriuntur, ut juxta canonica auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi iure vindicare nullatenus possint.

C. V. *¶* Excommunicentur raptore vidua vel virginis, cum sibi faventibus.

Item Gregorius Papa II. in synodo Rom.

Si quis virginem vel viduam, nisi desponsaverit, raptaverit, vel furatus fuerit in uxorem, cum sibi faventibus anathema sit.

¶ Factum est hoc caput ex X. & XI. decreto Gregorii II. qui in codice canonum Iuveneri appellatur.

a & in 6. Synod. c. 92. Cap. l. 1. c. 104. b Poly. l. 6. tit. 4. Anselm. l. 10. c. 49. Burch. l. 3. c. 25. Ivo p. 8. c. 173. c Poly. l. 6. tit. 4. Anselm. c. 38. d Supra de penitentia dist. 1. si quis non dicam; in codice Theod. l. 9. tit. 25. l. 2. In Titom c. 2. c. 21. Capitul. l. 1. c. 104. e l. 1. c. 157. In concilio Trulitano c. 6. Burch. l. 3. cap. 36. Ivo part. 8. c. 174. Pann. l. 6. c. 57. f Supra ead. cap. quæ. Anselm. l. 10. c. 49. Burch. lib. 3. c. 11. Ivo p. 8. c. 149. Pann. l. 6. c. 74.

C. VI.



C. VI. ¶ Excommunicetur qui viduam vel filiam alterius extra voluntatem parentum rapuit, aut Regi beneficio postulat.

Item ex concilio Parisiensi l. cap. 6.

Nullus a neque viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere præsumat, aut Regi beneficio aſſimet poſtulandam. Quod ſi fecerit, ab eccleſiæ communione remotus, anathematis gladio bñenatur.

Hi auctoritatibus evidenter datur intelligi, quod raptor in uxorem raptam ducere non valet. Sed raptor & rapta nomina ſunt rationem non perſonarum. Vt ſi autem cum per penitentiam purgata fuerit, nuptiæ eorum abſolventur.

C. VII.

Unde in quadam c. homilia Gregorius ait.

Ad omnipotentem quippe Dominum non ille fallax habetur, qui culpam mendacii per penitentiam delet.

Tribuitur ergo præmiſſis auctoritatibus rapta copulari raptori, antequam rationem rapinae abſoleatur: donec ille raptor, & illa rapta pure appellentur. Ceterum cum illa patriæ poteſtati reſtituta fuerit, & raptor ſua rapina penitentiam egerit, cum voluntas parentum utraſque in unum convenerit, non prohibentur ad invicem copulari.

C. VIII. ¶ Quot ſint legitima conjugia, & quod voluntate patris rapta nubere poteſt.

Unde Hieronymus ait.

Tria legitima e conjugia in ſcripturis leguntur. Primum legitimum conjugium eſt, virgo caſta in virginitate viro data legitime. [& reliqua que ſequuntur in prædictis.] Secundum, virgo f in civitate deprehensa à viro, & illi per vim copulata, ſi voluerit pater ejus, dabitur eam iſte vir, quantum judicaverit pater, & dabit pretium pudicitie ejus. Tertium, filia prædicta deprehensa, ſi non fuerit voluntas patris, trahet eam à prædicto viro, & tradet eam alii, & dotabit eam, & legitima erit ei. Sed primum hiſ duobus præfertur.

¶ Terti hoc caput apud Ivo nempe, & in Pannormia ſequitur e. ad dicitur aliud, ſup. 27. q. 2. ex Hieronymo item citatur.

C. IX. ¶ Cum voluntate parentum raptas in conjugium habere permittitur.

Item Ambroſius in Apologia David, cap. 2.

Denique & g puella pater illius, qua vim concubitus nulli deſponſata pertulerit, quinquaginta drachmas b argenteas accipiet: ipſa autem in conjugio permanebit.

C. X. ¶ Poſt penitentiam raptori vel rapte licite conjugia concedantur.

Item ex concilio Meldenſi, cap. 6.

a ſup. l. c. 27. b al. damnatione pleclatur. c Homil. 29. in Evangel. d Verba ipſa Greg. habentur ſup. 32. quæſt. 1. apud ſuſſerendens. e Ivo part. 3. cap. 30. Pam. lib. 6. c. 13. 30. q. 5. aliter. & quæſt. f ex cap. 22. Deut. g Deut. 22. h Didrachmas argenteas. i org. ex 70.

Si autem nec dum eas, quas rapuerant, cum voluntate parentum ſub deſponſationis, vel dotalitii nomine in conjugium duxerunt, quando in omnium aures hæc fuerit conſtitutio promulgata, ab eorum conjunctione ſeparentur, & publice penitentia ſubigantur: rapta autem parentibus legaliter reſtituantur. Peracta verò penitentia publica, ſi ætas & incontinentia exegerit, legitimo, & ex utriuſque partis placito conjugio ſocientur. Nam in hiſ regulam non conſtituimus, ſed (ut verbis magni Leonis utamur) quid ſit tolerabilis, æſtimamus. Quod ſi unus ex conjugatis obierit, & is, qui penitentiam publicam egerit, ſuperſtes exiterit, iterare conjugium non præſumat, niſi Episcopos aliquam forte præviderit concedere indulgentiam, ut graviorem poſſit amovere offenſam.

Hæc auctoritate Meldenſi concilii, non permittitur raptori rapta poſt penitentiam copulari, ſed permittitur utriſque poſt penitentiam legitimo conjugio copulari, ut rapta videlicet non raptori, ſed alii poſt penitentiam nubat. Similiter raptor poſt penitentiam non eam, quam rapuit, ſed aliam permittitur habere uxorem. Cæm enim raptor & rapta penitentia ſubjuncti præcipiuntur, ſi utriuſque e copulam auctoritas illa permittet, fruſtra circa ſinem capituli dicereſtur. [Quod ſi unus ex conjugatis obierit, & is, qui publicam penitentiam egerit, ſuperſtes exiterit, iterare conjugium non præſumat.] Eorum namque quolibet decedente, qui penitentiam egerit, ſuperſtes remanebit. Non ergo hæc auctoritate raptor probatur in conjugium raptam poſſe accipere. Partis invenitur in Concilio apud Aquilgranos, quod nec etiam voluntate parentum ad invicem poſſunt copulari. Sic enim in præſato concilio legitur.

C. XI. ¶ Nec etiam voluntate parentum, raptori raptas poſſit habere conjugem.

Placuit & urhi, qui rapiunt foeminas, vel furantur, aut ſeducunt, eas nullatenus habeant uxores, quamvis eis poſtmodum conveniat, aut eas dotaverint, vel nuptialiter cum conſenſu parentum fuorum acceperint.

Burchardus etiam & Ivo citant caput hoc ex Aquilgranenſi c. 3. Habetur lib. 7. Cap. cap. 39. & inde reſertur in concilio Rhenenſi Troſiceno, cap. 8.

Hæc auctoritas non præjudicat auctoritati Hieronymi: maxime cum illa teſtimonio divine legi natiatur. Legitime igitur poſt penitentiam peractam raptor ſibi poſſet copulari quam rapuit, niſi pater puella illam raptori detrabere voluerit. Item Cod. lib. 5. c. tit. de nuptiis. [Nec filium quidem familia in vitium ad ducendam uxorem cogi legum diſciplina permittit. Legitur, ſicut deſideras, obſervatu jura præcepti, ſociare conjugio tuo quam volueris, non impediri: ita tamen, ut in contrahendo nuptiis patri tui conſenſus accedat.] Item ex eod. leg. 20. [In conjunctione filiarum in ſacris poſtulationibus patri expeclatur arbitrium.] Item D. de rit. nupt. leg. 2. [Conſistere non poſſunt nuptiæ, niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coeunt, quorumque in poteſtate ſunt.] Item Inſtit. lib. 1. tit. de nuptiis. & [Iuſtas autem nuptias inter ſe civēs Romani contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coeunt: mæſculi quidem puberes, femina viripotentis, ſive patreſ familia ſint, ſive filii familia, dum tamen filii familia conſenſum habeant parentum, quorum in poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere & civile & naturali ratio perſuadet, in tantum niſi juſſus parentis præcedere debeat.]

a Burch. l. 9. c. 19. Ivo p. 3. c. 170. & 176. Pam. l. 9. c. 56. b al. ſumptus habent. c al. utriuſq. d Burch. l. 9. c. 33. Ivo p. 3. c. 172. e Th. 4. leg. 12. f Tit. 10. in princ.

**DECRETI SECUNDÆ PARTIS
FINIS.**